

quantità di panno da lutto, a Joseph de Siragusia suo nipote figlio della stessa Channa un cappello di panno, a Ventura judea figlia del defunto Sadech de Minichi una coltre e un paio di lenzuola, infine lega al domino Guglielmo Moncata suo figlio due tarì, escludendolo da ogni altro diritto alla sua eredità. In calce al testamento vi sono le firme di tre testimoni cristiani e quattro di ebrei. Si tratta di Joseph Balam, Mošeh Šuwaykat o Sagictono, Eliša' Summat, Eliyyah Lewi¹⁴.

Pro Stella de Bulfarachio

Testamur quod presens coram nobis Stella judea uxor / quondam Farachii de Bulfarachi de terra Calatabillocte iacens in lecto / egrota corpore sana tamen mente et racionabilis intellectus / existens in sua bona et perfecta memoria articulariter loquens / timens divinum iudicium repentinum et horam mortis incertam etiam / dubitans ne forte ab hoc seculo decederet intestata cum / nil certius morte ac nil incertius hora mortis volens propterea / dum tempus habet de bonis suis temporalibus disponere ne inter / successores suos lis aliqua oriri possit presens suum ultimum nuncu / pativum testamentum condidit per manus mei infrascripti notarii / in primis dicta testatrix instituit et sollemniter ordinavit suum / heredem universalem in omnibus et singulis bonis suis mobilibus et stabilibus / iuribus et accionibus universis ubicumque existentibus et melius / apparentibus Hieremiam de Bulfarachio eius filium natum / ex ea et dicto Farachio marito suo item instituit et sollemniter ordi / navit suam heredem particularem Channam judeam eius filiam natam ex ea / et dicto quondam Farachio uxorem David de Siragusia in dotibus sibi / promissis et assignatis et in super in uncia unam panni de visito / excludens eam ab omni alio iure hereditatis sue item legavit / Joseph de Siragusia filio dicte Channe eius nepoti capputeum / unum panni item legavit Vinture judee filie quondam / Sadech de Minichi cultram unam et par unum linteaminum item / legavit domino Guglielmo Moncata eius filio tarenos duos excludens / eum ab omni alio iure hereditatis sue et hec fuit et est eius ultima / voluntas et suum ultimum nuncupativum testamentum cassatis et / nullatis omnibus testamentis et ultimis voluntatibus / per eam hactenus factis presente tantum testamento in suo robore perdurante.

Testes: Bartolo Maniscalco

Pietro Paolo de Tumasi

Jaymo Li Petri

(seguono le 4 firme in giudeo-arabo)

¹⁴ Ringraziamo per la lettura e la traduzione l'amico Mauro Perani che, ha esaminato e pubblicato anche tutte le altre firme in giudeo–arabo.